RosDok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Monumenta Varia Inedita Variisqve Lingvis Conscripta**

## Trimestre Sextum

Jenae: Bielckius, 1716

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825817862**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0001
DFG

LXXIII. 8.

72. a. 4.

Hierin zwei Tabellen

Rb. 2685.

Ra. 1018.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825817862/phys_0004
DFG

# MONVMENTA
# VARIA INEDITA
## VARIISQVE LINGVIS
## CONSCRIPTA,

Nunc ſingulis trimeſtribus prodeuntia

è Muſeo

JOACHIMI FRIDERICI FELLERI

Secretarii Vinarienſis.

---

*TRIMESTRE SEXTUM.*

---

*JENÆ*,

Apud JO. FELICEM BIELCKIVM

MDCC XVI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825817862/phys_0005
DFG

## *Trimeſtri quinto continentur.*

XXIIX. J. F. Fellers Dritte Probe unterſuchter und bewieſener Geſchlecht-Regiſter der mitlern Zeit; Oder der verſprochenen Hiſtoriſchen Erleuterung und Anmerckungen über die im Vierdten Trimeſtri befindliche erſte Tabelle Der Braunſchweig-Lüneburgiſchen Abſtammung von den Engelländiſchen Königen Normandiſcher Linie / Erſte Abtheilung; Von Rollone oder Roberto, erſten Hertzoge in der Normandie an / biß auf das Abſterben Gaufridi oder GODOFREDI PLANTAGENETÆ, Grafens von Anjou, &c. und deſſen Engelländiſchen Gemahlin MATHILDIS, Stamm-Eltern der heutigen Durchlauchtigſten Nachkommen.

Verzeichniß der in vorſtehender Erläuterung angeführten Scribenten / mit etlichen Anmerckungen: Worunter auch ein Catalogus der von Andrea Duchesne herausgegebenen / und rar gewordenen Scriptorum antiquorum hiſtoriæ Normannorum befindlich.

## *Conſpectus monumentorum Trimeſtris ſexti.*

XXIX. Georgii Henrici LUDOLFI Opuſculum pragmaticum *de Tractatu pacis Monaſteriensis*, ab ipſo tanquam teſte oculato Monaſterii olim conſcriptum, nunc publicatum curante J. F. F. 329

XXX. Ausgezogene Nachrichten aus Joh Letzners / Pfarrers zu Iber / in Fürſtenthum Grubenhagen / ungedruckten Braunſchweigiſchen Collectaneis. 355

XXXI. Genealogiſcher Zweiffel von einer Marggräfin zu Brandenburg / Nahmens Agnes von Sangerhauſſen. 365

XXXII. Excerpta ex Hermanni von der Hardt, Theologi Helmſtadienſis, & illuſtris *Leibnitii* epiſtolis amœbæis, de Lingua primæva, de Franciſci Mercurii ab Helmont ingenio, &c. 366

XXXIII. Extract aus zweyen Brieffen Horbii und Speneri von D. Abrahami *Calovii* zu Wittenberg / unterdruckten Syncretiſtiſchen Hiſtorie. 369

XXXIV. Extracte aus etlichen Brieffen Frantz Winands von Bertram / Käyſerl. Reichs-Hofraths-Secretarii, an Ahasverum Fritſchen / Cantzlern zu Rudelſtadt / von einer ehmals unternommenen Concordantia Juris. 370

XXXV. Excerpta ex Epiſtolis VVilhelmi Erneſti Tenzelii ad Joachim. Fellerum, Poeſeos quondam Profeſſorem publicum in Academia Lipſienſi, & Bibliothecæ Academicæ Præfectum, Editoris horum Monumentorum Parentem, ſcriptis. 372

XXXVI. Excerpta ex Epiſtola Menteti Kettvvigii, Doctoris Juris Embdani, ad illuſtrem Leibnitium, & hujus reſponſoria ad Kettvvigium, quâ mentionem facit Libri ſub Fürſtenerii nomine olim à ſe editi, & ſimul fauſtum criticum juvenum eruditorum placidè redarguit, 380

XXXVII. Excerpta ex Epiſtolis Theophili Spizelii, Theologi Auguſtani, ad Ahasverum Fritſchium, Cancellarium Rudolſtadienſem ſcriptis. 381

# GEORGII HENRICI LUDOLPHI
## OPUSCULUM
## De
# TRACTATU PACIS MONASTERIENSIS,

ab ipſo tanquam teſte oculato, ad rogatum Guilielmi Draconis, nobiliſſimi Viri Angli, Monaſterii olim, ætate licet juvenili, conſcriptum, aſt rerum pragmaticarum, hiſtoriam pacis illius & ævi illuſtrantium, pleniſſimum; nunc primum ex autographo, quod ejus filius, Illuſtris & Excellentiſſimus Dominus, GEORGIUS MELCHIOR DE LUDOLF, S. R. Imperii Eques, & Cameræ Imperialis, quæ Wetzlariæ eſt, Aſſeſſor fama meritisque inſignis, ſuppeditavit, deſcriptum & publicatum, curante J. F. F.

§. 1.

TRactatus Pacis univerſalis fiunt inter *Coronam Galliæ*, *Sueciæ*, *Fœderatum Belgicum*, & *Haſſiacum Caſſellenſem Principem*, omnes confœderatos eorumque adhærentes, ut *Regem Luſitaniæ*, *Catalaunos*, *Domum Palatinam* ex una parte, & inter *Cæſarem*, *Hiſpanum*, *Bavarum*, omnesque Domus Auſtriacæ adhærentes ex altera; Itemque *Status Imperii Germanici* tam in genere, quam ſpeciatim inter illos, qui vel neutrarum partium ſunt, vel alterutri earum adhærent. His accedunt alii quoque intereſſati in his tractatibus, ut *Dux Sabaudiæ*, qui etiam eſt Galliæ confœderatus, Dux Mantuæ.

§. 2.

*Mediatores* ſunt Pontifex Romanus & Reſpublica Veneta inter Gallos & Domum Auſtriacam. Hi diu ab initio hujus belli

fere, præſertim Pontifex, utrinque laborarunt, ut pacis tractatus inciperentur, & Salvi conductus commutarentur, adeoque utriusque partis conſenſu pro Mediatoribus agniti. Inter Coronam Sueciæ & Cæſarem nullus eſt Mediator, ſed immediate tractant. Nam quamvis in cæteris totus tractatus pro uno habeatur, mediationis tamen diverſa ratio eſt, 1.) quia initio fere ſeparatim hoc negotium inter Coronam Sueciæ & Galliæ à diverſis mediatoribus promotum fuit, hac occaſione unito quamvis tractatu manſit tamen diverſitas rationis. 2.) Quia Pontifex nil negotii cum Acatholicis habere voluit. 3.) Quia *Rex Daniæ* mediationem ſuam jam ante decennium obtulerat Cæſari cum Corona Sueciæ, & ſemper fere durante hoc bello Suecos hortatus fuerat ad pacem. Itaque Rex Daniæ, poſt fruſtra tentatam mediationem ab Electore Saxoniæ & ab Electore Brandeburgico, tandem anno 1638. Mediator omnium præliminarium fuit, & adeſſe ipſis tractatibus cœpit, donec ſub finem anni 1644. propter bellum Danicum cum Suecia cogeretur mediationem deſerere. Et quamvis Venetus Mediator etiam obtulerit hactenus operam ſuam, nondum tamen pro Mediatore inter Cæſarem & Sueciam eſt admiſſus. Menſe Decembri Anno 1646. Dominus *Contarini* ſatis teſtatus eſt ſe promptum eſſe Oſnabrugam ire, modo id Suecici Legati deſiderarent aut crederent, ſe opera ejus juvari poſſe. Declararunt id etiam Cæſareani erga Legatos Suecicos ut ſi placeret ipſis, Dominus Mediator Venetus tranſiret, ſed res ad deliberandum ſumta tandem forte non videbatur placere, quia nihil ulterius reſponſum fuit. Utilem tamen fore ejus operam multi crediderunt & ipſi Galli, quia ubi contraria partium deſideria ſunt, ſæpe mutuo ſilentio tempus teritur, & muta contumacia, niſi adſit qui urgeat, perſuadeat, media proponat. Unde forſan ex defectu mediatoris major metui mora poterat.

Mediatores utrinque privatim partes hortantur, cum ipſis communicant, rerum difficultates dirigunt. Unde cum Dani Regis Legati mediatores Dantiſci agerent, & privatim cum Cancellario Sueciæ colloqui nollent, metu ſuſpicionis apud Cæſareos,

reos, reprehenſi quodammodo à Cancellario ſunt, quod nulla metus ratio eſſe deberet, ubi id uſus poſtulet.

§. 3. *Qua occaſione Tractatus initus.*

Cum poſt mortem Regis Sueciæ confœderatorum unio in Germania langueſceret, & prælio Nordlingenſi Anno 1634. commiſſo plane labefactaretur, Auſtriaci occaſionem captantes *Pace Pragenſi* Electorem Saxoniæ aliosque à confœderatione abſtraxerunt A. 1635. Quâ pace concluſa Corona Sueciæ etiam poſt amiſſos ſocios pacis ſtudia præferre cœpit; Et Status Imperii Cæſarem rogarunt, ut cum exteris Coronis conveniret. Cum vero parum commodi tum temporis ex pacificatione Suecia ſperare poſſet, & exteri iſta pace Pragenſi ſe gravi injuria affectos crederent, & Imperator illos vi potius ejectos vellet, resque Auſtriacorum inciperent reſurgere; hinc ſemper quidem Cæſar tractatuum ſpe detentus, alibi tamen nova fœdera cum Gallis concluſa ſunt, qui & ipſi Auſtriacos metuebant reſurgentes, & materiam novarum rerum quærebant. Hanc fœderis novi tempeſtatem ut vitarent Auſtriaci, promtos ſe oſtendebant ad tractandum cum Gallis, & ſtatim A. 1637. ſuos mittebant Coloniam, & alibi particularibus negotiationibus allicere laborabant Coronam Sueciæ. Interim utræque Coronæ ne pacem odiſſe viderentur, non recuſarunt quidem negotiationem, ſed hæc tam variis difficultatibus remorisque tracta in longum fuit, quia vires & utilia fœderatorum interim creſcere, & iſtud tempus bello magis proſequendo quam paci videbatur idoneum. Interim nec Auſtriaci plane excuſandi, qui & ipſi interim per varias artes confœderatos circumvenire aut ſeparare, nihil de ſua pace Pragenſi & antiquis conſiliis aut dignitate remittere volebant, & ſemper ex tempore inprimis fœderatorum diviſione, remedium ſperabant: donec inſtantibus ſemper mediatoribus, urgente miſeria populorum, exhauſtis bellantium viribus, fractis Auſtriacorum rebus, appropinquante ſpe finis à Coronis cogitati, ſuperatis omnibus circa præparatoria difficultatibus, cedentibus multa Auſtriacis, tandem ad hunc tractatum fuerit perventum.

§. 4. *Qualis ſit hic Tractatus*

Generalis eſt & ita appellatur. Quamvis igitur utræq; partes

pacis deſiderium prætulerint, tamen alio quisque modo tractare voluit. Quæſiverunt Auſtriaci ſemper particulares Tractatus prætextu brevioris viæ, quam ſi omnes convocari, omnia miſceri deberent. Intentio autem fuit, ut facilius ſeparatim cum quovis tranſigerent, ultimos cenſuræ ſuæ reſervarent, res Imperii Germanici ſuo arbitrio retinerent. Contra generalem Fœderati quærebant tractatum 1.) ut pax firmior eſſet ſublatis ſimul & undique bellorum ſeminibus. 2.) Ut conjunctis conſiliis, ſicut antea conjuncta vi, premerent partem adverſam. 3.) Ne ſocios ſuos desererent. 4.) Ut generali aliquo fundamento generalem Auſtriacæ dominationis ſtructuram convellerent. 5.) dicunt Auſtriaci id factum, ut generali hoc negotio pax diutius traheretur, & pluribus ambagibus ac præparatoriis difficultatibus opus eſſet. Itaque cum primo fere particulares tractatus cum quavis corona tentarentur, poſtea pro utrisque fuerunt inſtituendi propter conſtantiam confœderatarum coronarum, donec tandem adjunctis reliquis fœderatis, mox ſtatibus Imperii reliquisque adhærentibus aut intereſſatis hic conventus ſenſim in eam molem excreverit, & Auſtriaci hac in parte cedere coacti fuerint. Dubitatio tamen inter multos orta, vix pacem generalem ideo ſperandam 1.) id nunquam prioribus ſeculis fuiſſe obtentum. 2.) nec obtineri poſſe propter nimiam cujusque Principis Intereſſe diverſitatem. 3.) nimiam hanc eſſe rerum molem, quæ vix humanis ſuſtineri conſiliis ſimul poſſit. Itaque multi potius particularem hinc aut inde pacem ſperare maluerunt.

§. 5. *Quomodo tractatus fiant.*

Primo in Pomerania ex parte Cæſaris Marchio Brandeburgicus, ex parte Coronæ Sueciæ Baro *Steno Bielke* deputati fuerunt, qui de præliminaribus, hoc eſt, de loco & tempore, & ſalvis conductibus tranſigerent; ſed ſine effectu. Poſtea A. 1638. Hamburgi per Dn. *Salvium* pro Suecia, Dn. *Avauſium* pro Gallia, Comitem *Curtzium*, poſt *Luzzovium* & tandem *Aversbergium* pro Cæſare & Hiſpano, mediante Regis miniſtro, de locis, tempore, perſonis, ſalvis conductibus, ſecuritate locorum & perſonarum, qui tractatus præliminaris appellatur, actum & concluſum A. 1641: hinc ratificatio Coronarum ſecuta, poſtea ſalverum

con-

conductuum commutatio ſimul Hamburgi facta. Hinc ſecutus congreſſus, poſt congreſſum Plenipotentiarum commutationes & examina, poſtea generales quædam propoſitiones utrinque factæ, ſimul in ſtricta executione præliminarium laboratum fuit, donec tandem A. 1645. die SS. Trinitatis à Gallis & Suecis ſpeciales propoſitiones factæ ſunt, quæ Cæſareis Legatis & Statibus Imperii traditæ, poſtea reſponſum à Cæſare datum primo *Statibus*, poſtea Coronis editum. Secutæ ſunt replicæ Coronarum & magis ſpecialis declaratio petitorum. Quæ omnia primo in 18. articulos digeſta, poſtea quoad capita materiarum à Suecicis Legatis in quatuor claſſes diviſa. Secundum hunc ordinem ſuper replicis jam *Status Imperii* conſultarunt, & conſilia ſeu placita ſua Cæſareanis communicarunt, ut ita Cæſareanorum reſponſum brevi expectetur. Reſponſum A. 1646. menſe Majo ſecutum in forma Inſtrumenti pacis prodiit. Sed nihil ad pacem profecit. 1.) Quia nondum gravamina Statuum compoſita erant. 2.) Quia Cæſareani multorum Coronis adhærentium Intereſſe prætererant. 3.) Quia pro ſatisfactione Coronarum Imperator Alſatiam quidem Gallis & Pomeraniam Suecis obtulerat, ſed annexis iniquis conditionibus. Omiſſis etiam veris modis & formulis, omiſſo Electoris Brandeburgici conſenſu, quæ ad ceſſionem tantarum Provinciarum requirebantur. Cæterum per ſcripta primum actum fuit, exinde conventum ut oretenus fiant Tractatus. Quæ tamen inter tractantes partes ſolenniter dicuntur, ea ſcripto comprehenſa hactenus in lucem prodierunt. *Galli* ſua petita aut reſponſa per Mediatores tradunt, ita viciſſim altera pars. *Suecici Legati* & Cæſareani ſe invicem adeunt.

## §. 6. *De Loco.*

Primum in Pomerania cum quædam de pace agerentur *Francofurtum ad Viadrum* à Cæſare ſtudioſe propoſitum, à Suecico Legato *Hamburgum* vel *Lubeca*, donec tandem Cæſar hac parte ceſſerit. Pro Gallicis Tractatibus à Cæſare *Tridentum*, *Auguſta Vindelicorum*, vel *Francofurtum ad Mœnum* propoſitum fuit, ſed voluerunt Galli aut *Coloniam* aut *Leodium*. Prælata igitur Colonia, cum autem Hamburgum & Colonia nimis remotæ viderentur, quam ut ſatis commode Fœderatorum conſilia communica-

 rentur,

rentur, hinc intermedia duo loca electa, *Monaſterium* & *Oſnabruga Weſtphalorum.* Hanc mutationem locorum Auſtriaci remoram ſtudioſe quæſitum appellarunt. Duobus autem locis agitur, quamvis Tractatus pro uno habeatur, quia 1.) Pontifex ne quidem eodem loco cum acatholicis negotium habere voluit. 2.) Forte etiam quia tractatus ſeparatim primo inſtitutus in quibusdam magis coaluit, in quibusdam minus. In locis habita fuit ratio ſecuritatis, quietis à bellico tumultu, commeatuum facilitatis, commodæ pro omnibus per literas communicationis, aptorumque diverſoriorum.

§. 7. *De tempore initiorum & progreſſuum.*

Ad inſtantiam Regis Daniæ A. 1630. Dantiſci tractatus debuerunt inſtitui inter Imperatorem & Sueciam, ubi comparuit ex parte Cæſaris Burggravius de Dona, ubi etiam Mediatores Dani erant. Sed Sueci in principiis non potuerunt convenire cum Danis, hinc Mediatores redierunt in Daniam, Sueci non comparuerunt.

A. 1632. poſt mortem Regis etiam Danus hortatus fuit Cancellarium, & quamvis varia requirerentur aut metuerentur à confœderatis, unde non ſtatim ad Tractatus pergere poterant, perrexit tamen Danus & convocavit confœderatos A. 1633. menſe Julio ad Tractatus in Sileſiam, de quibus tamen omnes diffidebant, ne ad ſeparationem Electoris Saxoniæ à Suecis ſpectarent.

A. 1637. quodammodo de præliminaribus actum & ſtatim quoque à Cæſare & Hiſpano miſſi Legati Coloniam, ſed noluit Rex Galliæ adhuc mittere, donec ſibi & ſociis de ſalvis conductibus eſſet cautum. Hæc dum agebantur & tandem A. 1641. concludebantur, ſecuta eſt ratificatio Cæſaris A. 1642. menſe Julio, donec poſtea de tempore etiam conveniretur, quod indictum fuit ad 11. Julii Anni 1643. poſt quem terminum aliqui pauci, ſed Anno 1644. plures, A. 1645. demum omnes fere de progreſſu jam certiores redditi conveniebant. Initio quidem Cæſar ſemper teſtatus eſt, quanto citius tanto libentius ſe ad tractatus venturum, id tamen propter varias remoras non licuit.

§. 8. *De Salvis Conductibus.*

De his præcipue per triennium fere actum fuit, quibus dandi, quibus titulis, forma, an ſtatibus Imperii non reconciliatis, an

an omnibus mixtim, an ſalvos conductus pro adhærentibus Coronarum Cæſar ipſe ſubſcribere deberet, uti volebant confœderati. Salvorum conductuum commutatio finem imponere debebat tractatui præliminari. Sunt autem illi vel generales vel ſpeciales. Speciales dati ſunt præcipuis partium Legatis vel adhærentibus, generales pro reliquis Imperii Ordinibus. Petierunt Cæſareani ſedulo ſalvum conductum pro Duce Lotharingiæ & Galli Sueciique pro Legatis Luſitaniæ, ſed neuter adhuc obtineri potuit. Petierunt Legati Suecici antehac ſalvum conductum pro quibusdam mediatis Germaniæ Civitatibus, & longam poſt moram obtinere potuerunt.

§. 9. *Difficultates ſeu res hactenus tractatum moratæ.*

Primò ad eundem Scopum non potuit perveniri propter mixta belli ſtudia, quia ſemper fœderatorum res creſcebant, Auſtriaci ſemper ex tempore remedium ſperabant. 2.) Quia alias quisq; circa pacem cogitationes alebat; Auſtriaci, ut ſeu bello ſeu pace vis priorum conſiliorum maneret, confœderati, ut tam bello quam pace frenum Auſtriacæ potentiæ imponerent. Hinc 3.) diverſis modis inter utrosque quæſita fuit. Cæſar per particulares tractatus ad ſcopum pervenire ſtudebat, confœderati per generales: *Cæſar ſine ſtatibus Imperii tractare* cupiebat, hi cum ſtatibus: Ille ut res Imperii non miſceret, hi ut miſcerent: Ille ut citius & quaſi perfunctorie pax fieret, modo præſenti neceſſitati conſuleretur, hi ut omnia accuratiſſime examinarentur & componerentur: Ille ut confœderatos ſepararet, hi ut conjuncti manerent, ſicut reſponderunt Sueci Dano A. 1638. Ex his principiis ortæ facilè difficultates, & remotæ vel quæſitæ vel ſponte natæ. In *titulis* negarunt Galli titulum Imperatoris Cæſari, tandem dederunt. Petierunt Galli pro Duciſſa Sabaudiæ titulum Tutricis filiorum, poſt multas difficultates dedit Cæſar cum proteſtatione. Diſputatum de *Plenipotentiis*, quousque ad cujusvis ſecuritatem ſtatus concurrere deberent. *An cum Regina Sueciæ, cum rege Galliæ (pupillis) etiam ordines plenipotentias ſubſcribere deberent.* Sed quieverunt Auſtriaci in Tutorum & Adminiſtratorum Regni ſubſcriptione. An ſalvi conductus tantum generales pro Statibus

omnibus Imperii dandi eſſent, an ſpeciales pro aliquibus. Illud Cæſar, hoc confœderati volebant. Compoſita res hæc cum quadam diſtinctione. Diu etiam Cæſar tractatum præliminarem ratum habere recuſavit & adjecit clauſulam, quatenus ſuæ & Imperii dignitati nihil derogarent. Tandem congreſſus tardiſſime factus, quod alii non magnopere ad pacem feſtinarent, alii metu fruſtranei itineris progreſſum quodammodo videre vellent; alii propter multitudinem aut metum Cæſaris, aut particulares rationes non ſtatim convenire poſſent, ut Status Imperii, qui ſenſim biennii fere tempore confluxerunt. Varii etiam *ſcrupuli* orti *circa exhibitiones procuratoriorum*, circa *executionem* omnium *præliminarium*. Ante illam enim nihil Coronæ proponere volebant. Urſerunt diu Galli liberationem *Electoris Trevirenſis*, qui miſſurus liberè Legatos ipſe ſcilicet liber eſſe deberet. Diu inſtiterunt Suecici Legati, ut ſalvi conductus etiam pro quibusdam *mediatis civitatibus* darentur, donec tandem dati ſunt. Diu propter *Status Imperii* res tracta, an nimirum præſentes tantum eſſe, *an ſimul deliberare deberent*; quomodo deberent deliberare, *an in forma Comitiorum, an per deputationem Imperii*. Illud confœderati, hoc Cæſar volebat, qui in deputatione Imperii pauciores ſunt, ſed plerique Auſtriacis addicti. Illis pro voto Coronarum cadentibus, *Status ipſi de modo deliberandi diu deliberarunt*, an tria Collegia ſimul Oſnabrugæ an Monaſterii eſſe deberent, an vero dividenda ſint, & quomodo dividenda, an quoad integra Collegia hic vel illic linquenda, an omnia Collegia æqualiter in duos locos dividenda, quod ultimum obtinuit. Diu etiam controverſum fuit, an quidam Cæſari non reconciliati Status intereſſe conſultationibus deberent, ut Haſſiaci, Badena-Durlacenſes & Naſſovio-Saræpontani. Diu laboratum ut Status ſua gravamina ederent, quæ Catholici & Proteſtantes contra ſe invicem habent. Hæc omnia Cæſari fere cedenda fuerunt, qui tamen & ipſe interdum moratus eſt, ſperans mutuo ſibi & alia cedenda eſſe. Quia tamen ſenſim & ſæpe ceſſit, hinc confœderati ejus debilitatem probarunt, Auſtriaci ſtudium pacis. Quæ difficultates multæ inde ortæ, quia vix unus alteri fidit, & in minimis ſibi cavere vult, vel etiam quod alter alterum calliditate ſuperare, & viciſſim variis ma-

machinis ſe tueri cupit, vel quod in aliquibus nimia diligentia laboraretur. Multa tamen pro Coronarum deſideriis ceſſerunt, quæ in multis teſtatæ, ſe potius diſceſſuras, quam à propoſito aliquid remiſſuras. Ipſa negotii tam vaſti natura ſponte multas attulit moras, cum ex tam remotis locis undique reſponſa expectanda ſint, cum ſint tam variæ rationes quorumvis ſtatuum & concurſus variorum Intereſſe, quæ mutuo ſe impediunt; cum tanta moles non facile moveri poſſit, cum pari paſſu omnia progredi deberent. Uno parato alter non eſt paratus. Denique accesſit *bellum Danicum*, quo nondum compoſito Suecia nec ad hoc componendum properabat. Interim ea occaſione diſputatum, an bellum Danicum hic etiam componendum eſſet. Galli quoque videbantur Flandriæ acquiſitionem primo abſolvere velle. His remoris cauſisque res in hunc usque diem protracta. Multum temporis etiam effluxit in quærendo Electoris Brandeburgici ſuper *re Pomeranica* conſenſu. Cujus remoram aliqui etiam Gallis imputant, qui varia ſpe lactaverant Brandeburgicos, ne forte Sueci prius de rebus ſuis convenirent quam Galli.

§. 10. *Rationes quædam ab iis adductæ, qui nondum eſſe agendum de conditionibus pacis ſtatuerunt.*

1. Non tam ſubito arripiendam eſſe apparentem pacis firmandæ occaſionem, multos ſæpe calliditate quadam pacis deſiderium præferre, ut interea bello tardiorem reddant hoſtem, & aut vires recolligant, aut pacis inſidiis fallant. Experientia Gallos cognoviſſe, hunc plane morem eſſe Auſtriacorum, ut pace introductâ hoſtes inter ſe conjunctos ſeparent, vel armorum eorum progreſſum morentur, aut fruſtrentur. Ita à confœderatis ſeparatum *Electorem Saxoniæ*, ita olim induciis Belgicis irritas redditas Belgarum victorias. Idem jam intendere Auſtriacos, quod appareat ex quinquennali hac morâ, qua tantum de ſalvis conductibus diſputantes, in id præcipue variis modis elaborarunt, ut reliquos confœderatos ab hoc negotio removeant. Fateri ſe preſſam jam & afflictam eſſe Auſtriacorum fortunam, ſed hoc etiam aſſerere, quod Hiſpani hoc præcipue modo, pace nimirum tractanda quærant fortunam ſuam ſublevare, ut dum quieſcant

Galli poſſint facilius Luſitanos aut Belgas aut Suecos debellare.

2. Male autem arripi eam pacis occaſionem, quæ fiat ut melioris & glorioſioris pacis transmittatur occaſio. Hanc verſari in proſequenda Gallicorum armorum fortuna, quæ vix unquam antea melior ipſis affulſit. Maxima hactenus geſta eſſe quoad impenſas belli & labores, magna quoad gloriam & honorem, nihil quoad belli finem, qui erat non tantum ut vindicentur injuriæ acceptæ, ſed etiam ut reſtituantur provinciæ injuſtè ablatæ. Non quidem deeſſe ſpem, quin hoſtes in multis ſatisfacturi ſint Regi, & honeſtam pacem conceſſuri, ſed ſubeſſe metum, ne graviores poſtea conditiones confœderatis imponantur, quorum cauſam deſerere, quid aliud foret, quam ſibi deeſſe.

3. Alta quidem fuiſſe Cardinalis Richelii conſilia, nec tamen ideo impoſſibilia, ex eo patere, quod potiſſimum ſit ſtabilita, nimirum victricibus armis res Regis, & præparata pro Regni incremento negotia, ſupereſſe, ne facilitate aut negligentia ſua Galli Regem bono vicino, Richelium fructu conſilii ſui fruſtrentur.

4. Non adeo dubitandum de retinenda exterarum Provinciarum poſſesſione, poſſe earum dominium principibus ejus nationis concedi, modo ſint Vaſalli Regis, & ab ejus patrocinio dependeant, quod præſertim in Ducatu Mediolanenſi fieri poſſet, & olim à variis principibus factitatum

5. Neceſſitate hactenus excuſaſſe Regem, quam cum hæreticis tuetur confœderationem, eam tamen non ſtatim tolli, ſi Rex forte ipſorum auxilio in præſens carere poſſit, nam in futurum proſpicientes facile cernere, ſoluta hac confœderatione neceſſitatem eam brevi redituram. Eſſe igitur & illa neceſſaria, quibus cavetur, ne ad alicujus rei neceſſitatem reducamur.

6. Non adhuc bello Turcarum premi Imperatorem, quod ſi fiat poſſe tum aliter Regem hoc negotium tractare. Interea dum adhuc inſidiis ſuis Auſtriaci utuntur, dum ſemper vires habent & quærunt, eſſe inſtandum & fortuna utendum, ut tandem cum gloria

gloria bonoque Gallicæ nationis poſſit honeſta, ſtabilis & univerſalis pax per orbem chriſtianum firmari.

§. 11. *De Rebus, quæ tractantur.*

Verſantur omnia, quæ in tractatibus aguntur, aut in malis belli tollendis, aut bonis pacis procurandis. Mala belli tollenda ſunt, hoſtilitates ſopiendæ, controverſiæ conciliandæ, injuriæ obliviſcendæ, loca ablata reſtituenda, captivi liberandi, milites ſolvendi, perſonæ injuſte expulſæ reſtituendæ, cupiditates injuſtorum frenandæ. Ad pacis bona procuranda pertinet rerum ſuarum conſervatio, ſeminum ulterioris belli remotio, confœderatorum cujusque protectio, utile Coronarum confœderatarum quod dicitur ſatisfactio, quieta rerum poſſeſſio, quod dicitur aſſecuratio, & denique commercia. Quæ ex ſupra dictis omnibus maximi momenti & difficultatis ſunt, ſequentibus nominibus comprehenduntur; *Amniſtia, Reſtitutio, Gravamina Statuum Imperii, Satisfactio coronarum & confœderatorum, & pacis aſſecuratio,* de quibus ſingulis ſuis titulis.

Denique res tractatuum quoad ſubjecta quæ concernunt, ſunt germanicæ, gallicæ, hiſpanicæ, ſuecicæ &c. Et germanicæ concernunt vel exteros, vel Cæſarem, vel religionem, vel controverſias ſtatuum. De quibus poſtea ſub titulis de cujusvis Intereſſe.

§ 12. *De Amniſtia.*

Poſtquam progreſſu hujus belli multæ offenſiones hinc inde in Imperio contra Cæſarem excitatæ ſunt inter ſtatus velut in civili bello, hinc factum, ut metu pœnæ vel minis creſcerent invicem offenſiones & bella; pro pace igitur quisque ſanus neceſſariam judicavit Amniſtiam. Hanc olim urſerunt ſtatus Imperii & Coronæ confœderatæ. Cæſar in ſpeciem aliquid conceſſit, reipſa tamen negavit, & tantum particularem amniſtiam voluit, 1.) ut vindictam à præcipuis poſceret 2.) ut protectionem reorum à Coronis ſuſceptam inutilem redderet, & ita autoritatem ſuam conſervaret. 3.) ut male affectos potius inter ſe ſeparet, quam ſibi conciliaret. Hinc Anno 1635. concluſa pace Pragenſi Amniſtiam quidem conceſſit, præcipuos tamen ſecreto indice iræ ſuæ reſervavit. Cum vero ita bellum aleretur potius quam ſopiretur, Anno 1641. amniſtiam generalem quidem conceſſit, ſed hac con-

ditione, quatenus excluſi prius arma ſua cum Cæſare conjungerent. Id vero necdum effectum ſuum obtinuit, quia periculoſum videbatur prius hoſti ſe permittere, quam de ſecuritate certum eſſe. Itaque tandem Anno 1645. urgentibus Germaniæ malis coactus fuit Cæſar publico edicto eam conditionem tollere; & ſi quæ adhuc perfectæ, generali & ſecuræ amniſtiæ deſunt, ea ſine dubio his tractatibus componentur.

§. 13. *De Reſtitutione.*

Reſtitutio concernit vel perſonas, ut *Palatinos Principes*, vel res ablatas hoc bello, ut ſunt quædam bona eccleſiaſtica ſpecie juris Proteſtantibus vel Catholicis adempta, vel loca invicem via facti bello occupata. Sed *lis maxima* eſt, *à quo anno omnia in priſtinum reſtituenda, qualia & quomodo omnia reſtituenda.* Cæſar cum Catholicis vult reſtitutionem fieri in eccleſiaſticis ab Anno 1627. in politicis ab Anno 1630. 1.) cum Anno 1627. reformatio à Catholicis tentata & bona eccleſiaſtica Proteſtantibus adimi cœpta ſint. 2.) Quia Anno 1630. exteræ Coronæ in Imperium venerunt, & præcipuis mutationibus anſam dederunt. 3.) quia Cæſar ea, quæ antea in Bohemia & Auſtria circa religionem mutavit, iterum mutari nollet. 4.) Quia rem Bohemicam & Palatini ejectionem ante annum 1627. factam excludere, & particulari tantum tractatu Palatinis non quoad omnia ſatisfacere vellet. Contra Coronæ & Proteſtantes ab Anno 1618. reſtitutionem fieri poſtulant. 1. Quia tum primum motus bellorum in Imperio cœpti. 2. Quia rem Bohemicam quodammodo & Palatinam in totum comprehendi vellent. 3 Quia multa alia ab eo tempore turbido, quamvis non vi, tamen metu virium Auſtriacarum contra Proteſtantes acta ſint.

§. 14. *De Gravaminibus Statuum Imperii.*

Gravamina hæc nihil aliud ſunt quam querelæ, quas ſtatus habent aut cum Cæſare, aut Catholici cum Proteſtantibus, aut Proteſtantes inter ſe, aut omnes de univerſo Imperii Statu. Sunt igitur *gravamina vel eccleſiaſtica*, quoad bonorum eccleſiaſticorum poſſeſſionem, & libertatem religionis, *vel politica*, quatenus regimen Germaniæ concernunt, *& juridica*, quæ pertinent ad tollendas ſummorum Imperii tribunalium ſeu judiciorum corruptiones.

nes. Originem ſumſerunt iſta gravamina partim longo abhinc tempore, partim his bellicis temporibus. Nam cum anno 1552. *pax religioſa* inter Proteſtantes & Catholicos Germaniæ concluſa eſſet, ſuper ejus articulis, explicatione, obſervatione, violatione, multæ turbæ & mutationes factæ ſunt, quæ bello hoc præcipue eruperunt; hinc orta gravamina eccleſiaſtica. Et quia ſeu negligentia, ſeu ſtudio dominationis Auſtriacæ, ſeu quadam inevitabili rerum omnium mutatione aut progreſſu vis legum fundamentalium Imperii in multis concidit, multæque pravi regiminis corruptiones irrepſerunt; Hinc orta gravamina politica, & pari modo etiam juridica. Hæc igitur gravamina tam ex parte Proteſtantium quam Catholicorum edita propoſitis jam utrinque remediis hortantibus Cæſare & Coronis concilianda tractantur, quia nimirum hactenus bello germanico anſam dederunt, & ſi maneant indeciſa manebit etiam belli occaſio; quia ſine illorum compoſitione Germania nunquam convaleſcere poteſt, & ſemper exteris materia erit hunc vel illum oppreſſum protegendi. Hinc à Cæſare conciliatio urgetur, itemque à Coronis, quia hunc titulum ſemper bello prætulerunt, ut libertas Germaniæ reſtitueretur, & Imperio ſua pax & priſtinus ſtatus redderetur. Suecia id ſincere quærit, de Gallia aliqui dubitant, quia in prima propoſitione ſua ejus rei non meminerunt, & alias languide urgent (confer rationes §. 10. adductas) contra mediator aut alii ægre conſenſerunt, ut hic gravamina componerentur, tanquam aut res impoſſibilis aut longiſſimæ moræ futura, eaque pacem valde moratura eſſet; remittenda illa eſſe ad Comitia Imperii poſt pacis concluſionem inſtituenda, Quia tamen hoc modo potius dilatio quam compoſitio ab Intereſſatis metuenda erat, hinc ſtat ſententia, ut hic componantur. Nec jam tanta mora aut difficultas inde metuitur, nam juridica gravamina, & quæ horum aut reliquorum particularia & minutiora ſunt, ea poſſunt ad Comitia remitti; in politicis Cæſar jam omnem ſatisfactionem obtulit, ſupereſt, ut de ſecuritate oblatorum proſpiciatur. *Hæret omnis cardo in eccleſiaſticis, an reſervatum Eccleſiaſticum tollendum ſit nec ne?* prius vellent Proteſtantes, ſed rem impoſſibilem fere animadvertunt: *an Catholici Epiſcopatibus poſt Pacem Religioſam per Proteſtantes occupatis in perpetuum*

*petuum renunciare debeant, an ad tempus?* Illud nunquam ſe facturos teſtantur, ſed tempus 60. annorum offerunt; ſperantur 100. anni, in quo Proteſtantes acquieſcent. Disquiritur ulterius, *an Catholici Principes in ſuis territoriis Proteſtantium religionem tolerare debeant*, modi & limites huic rei invenientur. His præcipue compoſitis quoad cætera non magna lis aut mora erit. Notandum quoque Status fere prius voluiſſe *gravamina* componere, quam de *Coronarum ſatisfactione* agere, metuentes ne ſatisfactione Coronis data res Imperii relinquerentur confuſæ & indeciſæ. Et fere idem quamvis ex alia ratione Corona Sueciæ quæſivit. Sed Galli id nolle videbantur, metuentes ne ſtatus rebus inter ſe compoſitis diſcederent, & Coronarum ſatisfactionem parum curarent. Simul igitur hæc duo fere acta ſunt. Imperator ſemper etiam maluiſſet gravamina hæc in Comitia differre, ne moram paci imponerent, utque remotis Coronis facilius cum Statibus Imperii conveniret, ſed Proteſtantes illud ſummopere evitare ſtuduerunt.

§. 15. *De Satisfactione.*

*Utile* quod Confœderati pro victoriæ præmio quærunt, *Satisfactio* appellatur. Anno 1637. cum quædam de pace cum Corona Sueciæ agitarentur, de ſatisfactione ſtatim mentio incidit. Petitur autem 1. quod autor belli, quales Auſtriaci dicuntur, pœnam luere & præmium victori dare debeat. 2. Quod qui periculis belli fortunam ſuam expoſuit, etiam poſt felicem eventum fortunæ emolumentum ſentire debeat. 3. Quod Germania pro dato auxilio & libertate vindicata non ingrata eſſe debeat. 4. Ut res pro Satisfactione data, frenum & neceſſitatem pacis victo imponat, & ſecuritatem victoribus præſtet. Hîc à Germanis motæ quæſtiones 1) An. 2) Quid. 3) à quo. 4) Quomodo danda Coronis ſatisfactio. Cæſar & Catholici negarunt dandam eſſe, 1. injuſto bello ſe petitos. 2.) Nemini invito aut ſoli pro reliquis poſſe ſua adimi, aut ab Imperio alienari. 3) Coronas erga ſtatus ſub initio belli teſtatas eſſe, ſe nihil in Imperio juris petituras. Tamen amore pacis petita conceſſuri jam videntur. Coronæ Sueciæ olim & ſæpe pecunia oblata, Gallis antiquæ Imperii ſuper Epiſcopatus Metz, Tul & Verdun prætenſiones oblatæ ſunt. Sed his non con-

contenti provincias volunt, de his jam agitur. Denique à Domo Auſtriaca petitur ſatisfactio. Quamvis hoc nodo Auſtriaci Proteſtantes involvere voluerint, tanquam exteros vocaſſent, Coronæ tamen aliter pronunciarunt.

§. 16. *De Rationibus ſeu Intereſſe Confœderatorum.*

Confœderatorum *ſcopus* ſicut bello fuit *Dominationis Auſtriacæ diminutio*, ita Pacis quoque tractatibus idem intenditur. Et quia hactenus optima occaſio fuit & fortuna ad eam imminuendam, hinc pacis conſilia potius tracta fuerunt quam feſtinata. Alioquin læſus potius hoſtis fuiſſet, quam cæſus. Donec tandem pro voto confœderatorum res omnes ceſſere, ut jam cogitandum ſit, qua neceſſitate pars adverſa conſtringenda, ne poſſit reſurgere, vindictam ſumere: quomodo ulteriores vires cohibeantur, & ex ejus ſpoliis res confœderatorum augeantur & ſemper vis quædam confœderationis maneat, (hinc in Belgio tam ſollicitè quæritur *la ligue Garantie*) contra unio Domus Auſtriacæ concidat, & Cæſar ab Hiſpano ſeparetur, & vires Auſtriacæ ab Imperii viribus. Hinc quæritur 1.) *ut Succeſſio Imperatorum in Domo Auſtriaca interrumpatur.* 2.) *ut Germania libera maneat, & uſu privilegiorum ſuorum Auſtriacorum conatus impediat, & variarum prætenſionum & jurium inter ſe concurſu, facile contra alios moveri non poſſit.* 3.) *ut res germanicæ quandam dependentiam à Coronis habeant, & velut protectionem à Suecia erga Proteſtantes, à Gallia erga Catholicos.* Hoc confirmat dictum ſummi alicujus miniſtri in Gallia, qui non melius confœderatos Germania uti poſſe credebat, quam ſi Sueci Proteſtantes, Galli Catholicos inter ſe incitarent. 4.) *Ut pauciſſima ab Auſtriacis ablata reſtituantur, & Coronæ in Imperio pedem figant.* 5.) *Ut nemini damno ſit coronis confœderatis adhæſiſſe.* 6.) *Ut ab utrisque Germaniæ terminis Pomerania & Alſatia Imperium conſtringant & frenent.* 7.) *Ut ſicut antea bello, ita nec in his tractatibus ſeparentur*, & alter alterius bonum quærat, & communibus conſiliis, communibus progreſſibus & aſſecurationibus omnia fiant & concludantur. 8.) *Ut fidei ſervatæ vis maneat, & ejus memoria in poſterum celatur.*

§. 17. *De Gallorum Intereſſe.*

Gallorum Intereſſe fuit pacem non nimis accelerare; ut felici-

licitatis præſentis curſum non interrumperent, ſed quam maxime fieri poſſet, eo ad deſtructionem Auſtriacæ potentiæ uterentur. Ut undique interim ſeu per Suecos, per Belgas, per Imperii confœderatos, per Luſitanos, Catalanos, Tranſylvanos aut Turcas, Domum Auſtriacam fatigarent, debilitarent, diſcerperent, & ne Angli, Dani, Poloni id impediant, ſtudioſe procurarent. Ut Gallia cum reliquis confœderatis vinculum arctiſſimum maneat, ne quis eorum prius pacis conditiones acceptet, donec deſideriis ſuis ſatisfecerit. Ut confœderatorum deſideria qualiacunque contra Domum Auſtriacam juvent. Ut ipſa Gallia multis Auſtriacorum ſpoliis augeatur, Alſatiâ in Imperio, & Belgicis quibusdam Provinciis, & quæ alia Hiſpaniæ loca ſors obtulit aut offeret. Ut nihil aut minimum Auſtriacis reſtituatur. Ut proceres Regni his belli occupationibus vaſtisque deſideriis detenti interim concordiam inter ſe colant, à bellis civilibus in hâc tenera ætate Regis abſtineant. Ut interim potentia & divitiis inter has turbas creſcant. Ut vulgus ſeu plebs tributa tanquam bello requirente libentius ferat. Denique ut *Imperium Germanicum* liberum quidem maneat, ſed cum Imperatoribus diſſideat, ut quidem in priorem ſtatum redeat. ſed diſſidia ſtatuum quodammodo maneant. Ut Catholicis in ſpeciem, Proteſtantibus revera faveant, auxilium ferant, & ut Imperium ab Hiſpanis eorumque conſiliis ſeparetur.

§. 18. *Intereſſe Coronæ Sueciæ.*

Ejus intereſſe eſt, ut honeſtum & utilem pacem faciat. Hinc diſtulit hactenus Pacis Tractatus cum Cæſare, quia Auſtriaci Suecos aut vi ex Imperio ejectos, aut levi pecuniæ remuneratos, aut cum Proteſtantium damno mitigatos, aut particulari tractatu ſine reliquis confœderatis ad pacem trahere voluerunt. Econtra voluit & vult Corona Sueciæ, ut cum damno Auſtriacorum ſuam ſatisfactionem non in pecunia, ſed provincia Pomerania accipiat, ut Brandeburgico Electori pro Pomerania aliunde ſatisfiat, ut ſecurè ſatis quæ ſemel accepit, retineat, & ideo in fœdere cum Gallis maneat Gallorumque deſideria juvet, ne particulari tractatu contenta, relictis & debellatis Gallis ſibi poſtea ſua iterum eripiantur. Ut juvandis Statuum contra Cæſarem deſideriis majorem potentiæ, arbitriique ſui autoritatem ſibi concilient. Ut famam

belli

belli pro religione evangelica & libertate Germaniæ ſuſcepti tueatur, & eam componendis Statuum gravaminibus teſtetur. Ut famam reſtituti Palatini & aliorum injuria affectorum retineat. Ut Gallos à Catholicorum Germaniæ protectione avertat, ipſorumque nimia in Imperium molimina impediat. Ut ipſa pedem in Imperio figat, controverſiasque Statuum dirimere, oppreſſos in poſterum juvare poſſit. Ut Dani, Poloni, Belgæ hos eorum progreſſus in Germania non impediant. Ut ſtatus belli mole interim fatigati, Auſtriaci oppreſſi, facilius ad cedenda ejus petita inclinent. Ut compoſitionem Gravaminum ad ſe potius quam Gallos trahat. Ut juvandis Statuum contra Cæſarem deſideriis majorem potentiæ arbitriique ſui autoritatem ſibi concilient.

§. 20. *Intereſſe Belgicarum Provinciarum.*

Belgæ provinciarum unitarum non exiguum pacis deſiderium teſtati ſunt, unde ipſos Auſtriaci & Mediatores quam maxime ad pacem trahere ſtudent, tanquam initio ab illis facto Galli & Sueci neceſſario ſequi debeant. Tarde advenerunt, & tarde tractant, quia propter conſenſum tot provinciarum aut civitatum vix celeriter aliquid concludere aut exequi licet. Rationes pro pace habent 1.) immenſa debita Reipublicæ propter bellum facta 2.) Sumtuoſam nimis & gravem propter bellicas cuſtodias mercaturam 3.) Metum vicinæ potentiæ Gallorum, & modeſtiorem hoc ſtatu Hiſpanum, qui interpoſitus Gallis non parum cohibetur, cum alias fere undique Galli Belgium cingant aut ipſi, aut per Haſſos. 4.) Metum ne commercia in Flandriam ſub dominium Gallorum redeant, cum alias ſub Hiſpano vi id prohiberi poſſit. 5.) Metum mutationis fortunæ, quæ ſi bello felix eſt, non tamen bello ſemper talis manet. 6.) Indignitatem, ſi pro ambitione Gallorum Belgæ tanquam ad venationem duci, & vaſtas cupiditates confœderatorum ulterius juvare debeant ultra terminos inculpatæ tutelæ, & ſine ſpe proprii emolumenti, & potius cum periculo, ne ſemper cum potentibus & contra potentes ſi certent, tandem viribus defatigati inter utrosque atterantur, cum jam ceſſarint cauſæ confœderationis nimirum po-

tentia Domus Auſtriacæ. 7.) Metum, ne fortaſſe cum tempus venerit Gallorum pro pace concludenda, tum ipſi ſocios deſerant, cuique igitur ſociorum proprium ſuum tempus merito obſervandum. 8.) Cum jam optima ſit pacis occaſio ejusque optimæ conditiones in promptu ſint, & ab Hiſpanis obtineri poſſint. Hinc oritur circa pacis conſilia intereſſe Belgarum, ut partes illas Brabantiæ in confœderatione Anni 1637. cum Gallis pro ſecuritate provinciarum unitarum pactas occupent, Hiſpanum non plane ejiciant, vires confœderatorum non nimis provehant, ne inter utrosque potentiores atterantur; bellicas expeditiones moderentur, ne Princeps Arauſius per illas nimiam potentiam acquirat; metum aliquem hoſtilem in vicinia retineant, ut domi quies ſit, & vicinis commercia prohiberi poſſint; ut cum Hiſpano libertatis & commerciorum ſecuritatem in remotis terris ſtabilire, ut Indicas Societates melius protegere & contra potentiores alios mercaturam tueri poſſint. Cavendum quoque ipſis, ne propter viciniam Gallorum, aut per pacis otia catholici ſubditi exſurgant. Cavendum, ne immoderato uſu felicitatis aut potentiæ ſuæ Monarcharum invidiam perniciosſam contrahant, quærendum, ut ſi diſcedere à confœderatione velint, reliquiſſe potius quam abrupiſſe Societatem videantur. Ambigitur adhuc, an præſtet ipſis inducias cum Hiſpano paciſci, aut pacem. Hactenus Hiſpani inducias quocunque meliori modo obtulerunt.

§. 21. *Intereſſe Haſſiaco Caſſellenſium.*

conditio, vix definietur. Plures extitiſſe in orbe linguas nemo negabit, qui meminerit, homines jam tum per totum orbem fuiſſe diſſipatos ac diſſeminatos. Quo caſu ob locorum diſtantiam & aëris cœlique differentiam neceſſario variatæ linguæ, aut linguarum dialecti. Ante diluvium Moſaicum non pauciores quam hodie linguas in orbe auditas puto, ſed longe diverſas. Expiraſſe credo multas linguas, quarum vix veſtigia ſupereſſent, etiam poſt diluvium, niſi ars ſcribendi reliquias ſervaſſet. Quando igitur in orbe nondum illa ars inventa, quomodo linguas abeuntes ſervarent? Abierunt igitur omnino ante diluvium cognitæ permultæ linguæ, à ſe invicem toto etiam cœlo diſtinctæ ob defectum literarum. Niſi ſupereſſent ſcripta græca, ubi deprehenderetur quæſo antiqua illa dialectus? Quod ad *Adami linguam* attinet, nimis ardua hæc eſt quæſtio. Maxime ſi quæratur, an noſtra Hebraica fuerit illius? Multa enim hic incidunt, his ſeculis non componenda. An concreata certa loquendi ratio & diſtincta Sermocinatio primo illi homini Adamo? Et ſi concreata, an tanquam appendix ſic dictæ imaginis divinæ, & perfectionis in anima ex cognitione perfecta rerum omnium, quæ deſcribi ſolet, an peculiare illius viri donum? An & Evæ conditæ ex viro, eadem ſtatim dialectus concreata ex viro? Et rurſus an tanquam effectus imaginis divinæ, an tanquam peculiare donum & Evæ? Porro ſi non naturali modo acquiſita lingua illorum, ſed infuſa ſimul ac ſemel, ſive ut beneficium imaginis divinæ ſive ſingulare, an cum lapſa corruptaque imagine linguæ quoque illi infuſæ cum concreata imagine vitium illapſum? & quodnam? Et ſi non, cur non? An Cajin è patre & matre hauſerit parentibus concreatam linguam, an ex ore eorum didicerit primam, Paradiſiacam dictam, an cum lapſu forte mutatam? An ſervaverit eandem in remotis à patria locis, exul è patria & eccleſia Adami? An eadem ſervata nihilominus in domo Adami & domo Caini, & ad poſteros illæſa transfuſa? An bis mille propemodum annis idem os ſenum ac juvenum ſub remotiſſimo cœlo ſervatum? Ex quibus hoc unum duntaxat collegero: *primorum illorum hominum linguam dudum expiraſſe, & incertum plane eſſe,*

*an*

*an hodierna lingua Hebraica ullam adhuc ſimilitudinem referat.* Hebraicam noſtram multo recentiorem puto, neq; à diluvio Moſaico hanc primam aperte definivero. Antiquiorem exitu ex Ægypto, vel occupata Palæſtina non puto. Dubia obvia haud difficulter ſolvi poſſe opinor.

## 2. *Ex ejusd. Epiſtolâ ad Eundem. 1696. 11. Jun.*

Linguarum collatio tam utilis quam jucunda in omnibus prope Occidentis oris jam amatur. *Sperlingius* quoque inter Danos noviſſime ejus dedit exemplum. Ampliorem & mihi hæc res dabit meditandi anſam.

*Helmontii* ingenium miratus ſum, multaque ex ipſo ſcrutatus ſum, quæ nonniſi ex vivo cognoſci poſſunt. Antiquæ *philoſophiæ Pythagorico-Platonicæ, Cabbaliſticæve priſcæ* non veſtigia ſed ideam in hoc ſene perſpexi. Uti ergo antiqua iſthæc philoſophia moralis & ſymbolica, ita & arguta eſt, noſtris ſeculis difformis. Duo principia fundamentum ædificio ſuggerunt, præexiſtentia animarum ac revolutio aut migratio earundem. Ex his cætera fluunt omnia. *Davidis Georgii* hypotheſes non paucas cum Helmontianis conſpirare intelliget, qui noviſſima *Hielis* ſic dicti volumina evolverit.

## 3. *Ex epiſtola Leibnitii ad Herm.* von der Hardt *reſponſoriâ.*

Tecum ſentio perfectam *linguarum harmoniam* non ſperandam, collationem tamen aliquam inſtitui utile eſt. Videmus multa Græcis, Latinis, Germanis, addo & Hebræis & Scythis eſſe communia, quod caſu factum non eſt. Utilis ea inquiſitio eſt ad origines gentium illuſtrandas. Scis quam multa *Bochartus*, Vir doctiſſimus à Phœnicibus petat, in quo etſi ingenio ſubinde indulgere putem, verumtamen arbitror Phœnices magnos navigatores paſſim per commercia linguæ ſuæ veſtigia reliquiſſe. Quid tibi de vetere Ægyptiâ videtur? Quomodo Syriacam Chaldaicamque

eamque ab Hebræa diſtinguis & inter ſe, nam ea res controverſia non caret.

In Domino *Franciſco Mercurio Helmontio* plurimum ingenii eſt, conjecturas ſubinde peracutas habet, & licet mea ſententia *nimium Cabbalæ & apicum myſteriis tribuat*, ego tamen ſoleo ne hæc quidem plane contemnere, cum aliquando immixtum aliquid ſit melioris metalli. Quia autem ipſe non ſatis vel patientiæ vel exercitationis ad ſcribendum habet, occurrere ſibi vellet juvenem aliquem eruditum, qui meditata ejus quædam in loca ſcripturæ & Geneſis præſertim initia in formam redigeret. Nec vero neceſſe eſt, ut qui hoc vellet præſtare, ipſemet opiniones viri ſequatur, ſufficit ſi non contradicat & ſententiam viri exprimat.

---

## Extract aus zweyen Brieffen Horbii und Speneri von D. Abrahami Calovii zu Wittenberg / unterdruckten Syncretiſtiſchen Hiſtorie.

### Aus Horbii Schreiben an einen Freund / den 30. Januar. 1683.

MEin Herr Schwager Schott / Chur-Sächſiſcher Abgeſandter nach Franckfurt / hat in jüngſter Rückkehr nach Regenſpurg mir viel Betrübtes von Sächſiſchen Theologis erzehlet / mithin berichtet / daß ſein gnädigſter Churfürſt Herrn Calovii Syncretiſticam Hiſtoriam um vieles Geld habe durch ihn einkauffen und wegthun laſſen / damit nicht neue Zerrüttung in der Kirche entſtehe. Ich hoffe es ſoll etwa unſer lieber D. Korthold nach Wittenberg kommen. Ach daß Herr Sandhagen zu bereden wäre / zur profeſſion auf eine Univerſität ſich vociren zu laſſen / damit doch die liebe Bibel wieder ans Licht und unter die Studioſos gebracht würde / über welche auf ſo wenig Univerſitäten geleſen wird. Ich finde ein groſſes Licht auch in zukünfftigen Dingen bey Herrn Sandhagen, der Herr behalte ihn ferner.

*D. J. P. Spenerus ad amicum 1680. 21. April.*

Retulit proximis diebus bibliopola Wittebergicus ex ore D. Calovii ſe hauſiſſe, quod omnia mea, ipſam etiam Poſtillam è ſublimi loco juſſus ad verbum perlegerit, nihil autem ſe reperire ſcripturis & ſymbolis noſtris diſſonum.

*Idem ad Eundem. 1685. 19. Dec.*

D. Calovii Hiſtoriam Syncretiſticam recuſam eſſe, Eccleſiæ noſtræ præſens conditio vix exigebat. Deus prohibeat novum ex ſcintilla incendium. Sed videntur omnia eò reſpicere, ut domus noſtra, ſi etiam vis externa non accedat, ſponte ſua ſubſidat, vel ſoluta compage collabatur, quod ad divinum judicium omni jure refero. Utinam ſemper illius memores eſſemus, quod Apoſtolus dicit ad Gal. 5, v. 15.

D. Rebhan, weiland Superintendent zu Eiſenach / führet in einem Schreiben an einen Sächſiſchen Fürſten / vom 19. Jul. 1652. von dem wider den alten D. Calixtum erregten Streit / dieſe Meinung:

Ich kan / ſo viel aus denen hinc inde ergangenen Schrifften mir zu leſen vorkommen / nicht ſehen / daß in den ſtrittigen Puncten, worinnen *D. Calixtus* von denen Chur-Sächſiſchen diſſentiret / das fundament Chriſtliches Glaubens umgeſtoſſen / oder einige Glaubens-Articel directè negirt werde: ſondern befinde / daß es meiſtlich Neben-Fragen ſeyn / zwar nicht de nihilo, doch alſo beſchaffen / daß deren ignoranz, oder welchem Theil man beypflicht / keinem an der Seeligkeit nachtheilig ſey.

---

## Extracte aus etlichen Brieffen Frantz Winands von Bertram / Käyſerl. Reichs-Hofraths-Secretarii, an Ahasverum Fritſchen / Canzlern zu Rudelſtadt / von einer ehmahls unternommenen Concordantiâ Juris.

1. Wien/ den 13. Januar. 1686.

SOnſten eröffne in Vertrauen / daß ich öffter darauf bedacht geweſen / ob ſich nicht thun lieſſe / daß gleichwie die Concordantiæ Bibliorum, alſo auch das Corpus Juris auf dieſelbige Manier in ein Concordanz-Alphabet gebracht werde / welches ohne Maßgebung folgender Geſtalt geſchehen könne; Wenn man nemlich das Corpus Juris in ſo viel Theil eintheilte / als Univerſitäten in Teutſchland ſeynd / und einer ieden Univerſität ihren Theil zuſchickte / mit Bitte / ſolchen von Wort zu Wort / und auf die Art / wie die Concordantiæ Bibliorum eingerichtet ſeynd / zu digeriren / und / nachdem alle Univerſitäten das Ihrige eingeſchickt hätten / daß man alsdenn alles in ein Volumen ſchriebe und in Druck gäbe. Es würde freylich wohl ein Groſſes koſten / aber ich bitte hingegen auch um M. H. Herrn Gutachten / ob ein ſolch Opus nicht auch ein ſehr nützliches / und hinwieder doppelt einträgliches Werck ſeyn würde? Maſſen ich dafür hielte / daß kein Rechtsgelehrter ſeyn würde / der ſolches Buch nicht haben wolte. Man hat zwar unterſchiedliche Repertoria juris, aber dergleichen ex ipſo textu juris keines. Dahero dieſes um ſo viel treflicher ſeyn würde.

2. Wien / den 12. Maj. 1686.

Daß Herr D. Lyncker zu Jena die Concordantien Juris civilis ad normam concordantiarum Bibliorum angefangen habe / höre ich zwar gerne / und verlangte wohl ſehr hoch davon das ſpecimen zu ſehen. Es finden ſich beym hochlöblichen Reichs-Hofrath einige Bögen à lit. A. usque B. in quarto, worüber iemand ein privilegium gebethen / und ſich offeriret hat / das Opus zu abſolviren / es iſt aber kein Autor, weder epiſtola ad lectorem informatoria dabey; ſo kommt mir auch daſſelbe viel zu kurtz vor. Zweiffle alſo / ob dieſes der Anfang deſſen ſey / was Herr D. Lyncker gemacht haben ſolle / maſſen ein ſolch Opus, wie ich dafür hielte / daß dergleichen Concordantiæ juris ſeyn ſolten / in etlichen voluminibus in fol. beſtehen müſte / indeme

quodvis verbum & quivis ſenſus ſo offt in ſein Art und Alphabet getragen werden müſte / als ſo offt es in corpore juris gefunden wird / plane ad normam dictarum Concordantiarum Bibliorum. Sed quicquid ſit, ſo iſt es nur ein pium deſiderium, welches ſich nicht mit wünſchen / ſondern mit arbeiten erwerben läſt.

3. Wien A. 1687.

Berichte / ſo viel Hn. D. Lynckers Tractat zu Jena betrifft / daß ich bereits einen dergleichen Authorem entdecket / welcher ſich *Stephanum Daoyz* nennt / und nicht allein die Leges, ſondern auch gloſſam majorem enucleiret und extrahirt hat / wie ſolches aus deſſen *Repertorio Iuris civilis*, adjecto Corpori Lugdunenſi in fol. Anno 1612. ſumtibus ſocietatis edito, welches ein dickes Volumen ausmacht / zu erſehen. Möchte alſo wohl wiſſen / ob des Hn D. Lynckers Buch beſſer wäre als dieſes / oder was für ein Unterſchied zwiſchen dieſen beyden Operibus ſeyn möchte.

---

## Excerpta ex Epiſtolis VVilhelmi Erneſti Tenzelii ad Joachimum Fellerum, Poeſeos quondam Profeſſorem publicum in Academia Lipſienſi, & Bibliothecæ Academicæ Præfectum, Editoris horum monumentorum Parentem, ſcriptis.

CONſueverunt plerique tam noſtratium quam pontificiorum doctorum, quando *Symboli Athanaſiani* γνησιότητα propugnant, ad Auguſtinum provocare, qui Comment. in Pſalm. CXX. id hoc modo adduxerit: *De hoc Sole pater Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus ita pulchre locutus eſt: Filius, inquit, Dei à patre ſolo non eſt factus, nec creatus, ſed genitus.* Sed Sandius in Appendice ad Nucleum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ p. 35. præfracte negat, hæc verba eſſe Auguſtini: & Dallæus Lib. I. de uſu patrum p. 91. 92. ea à Bellarmino efficta eſſe audacter adſerit. Contuli & ipſe antiquiſſimam Commentariorum illorum editionem Lugduni 1519. impreſſam, nullam vero Athanaſii mentionem, ſed ea ſaltem re-

peri, quæ in Auguſtino legi dixerat Sandius: Quare amicum Argentorati degentem rogavi, ut Codices Auguſtini in Bibliotheca illius Academiæ exſtantes eam ob cauſſam perluſtraret. Is varias conſuluit editiones, & in plerisque non exſtare, in aliis parentheſi incluſa eſſe verba nunciavit, quod νοθείας ſuſpicionem auxit: promiſit etiam MSS. Codices evolvere, ad quos ope Cl. Zentgraffii ſibi pateat aditus. Sed crevit interea deſiderium, quando nuper obſervavi, B. *Hülſemannum* in *Patrologia*, cujus editionem ſummo Scherzero veſtro debemus, diſerte profiteri, Auguſtinum in iſto Commentario totum fere Symbolum Athanaſianum fol. 1428. allegaſſe. Enimvero maximi illius Theologi Bibliothecam in publicam veſtram perveniſſe ex oratione tua cognovi, ſcireque exopto, qualem is habuerit editionem, cujus paginam ut Symboli Athanaſiani indicem expreſſe ſignavit, nullam quippe id continentem ego hactenus reperire potui. Hanc ut indices, maximopere contendo, ſimulque addas, quid hic præ ſe ferat editio à Benedictinis cœpta, cujus Tomus quartus hunc ipſum Auguſtini Commentarium continens, plurimum hoc anno locum occupat in Actis Eruditorum veſtræ Academiæ: denique ſententiam tuam de Symbolo Athanaſiano ſubjungas. Wittenbergæ 21. Novembr. 1683.

Grato animo agnoſco, quæ ex MSS. Auguſtini Codicibus & de B. Hülſemanni Patrologia mecum dignatus es communicare. Prius enim uti confirmat ſuſpicionem meam de verbis Auguſtino ſuppoſitis; ita adduci non poſſum, ut Dallæo credam, qui ea à Bellarmino efficta ſtatuit, quæ tamen circellis incluſa leguntur in editionibus operum Auguſtini Lugdunenſi 1561. & Pariſienſi 1531. quarum hæc, antequam Bellarminus naſceretur, illa priusquam tomos controverſiarum publicaret, luci expoſita eſt. Poſteriori pariter corroborantur, quæ ſæpius in mentem mihi venerunt, dum librum iſtum legerem, & haud pauca obſervarem, quæ cum ἀκριβείᾳ Hulſemanniana conſiſtere non poterant. *Quenellii* opinio, quam & Alexander amplectitur, ſemper mihi viſa eſt veroſimillima; nec movent me Labbei objectiones. Sed tuum tamen expecto judicium. Fabulam *de Sacerdotio Chriſti Levitico* confu-

taſſe Hieronymum Hentenium, Sixtus Senenſis & Poſſevinus indicarunt; Scriptum vero ejus reperire hactenus nuſpiam potui. Quod ſi forte in Bibliotheca Academica adſervetur, & leges permittant, obnixe rogo & contendo, ut in paucorum dierum uſum ad me transferatur. Solennitas ut vocant Doctoralis ſtatuto die celebrabitur. D. *Calovius* noluit committere, ut Superintendens Torgavienſis Candidatis intereſſet, quum *Carteſianæ philoſophiæ* ſit addictior. Wittenbergæ 28. Nov. 1683.

Avide expectamus *refutationem Maimbourgii* ab illuſtri *Seckendorfio* adornandam, quam à Principe ei commiſſam eſſe nuper audivimus; unde idem negotium apud nos impeditur, quod alias Cl. Schurzfleiſchio, ut ajunt, conferendum fuerat, ſed neſcio an ab eo in aliis rebus occupato ſuſcipiendum. Wittenbergæ 12. Dec. 1683.

Summum me tenet deſiderium inſpiciendi membranas Bibliothecæ veſtræ, à Cl. Viro Joann. Andr. Boſio Exercitat. ad 2. Timoth. II. 22. cap. IV. num. XI. laudatas, eum præſertim in finem, ut inde cognoſcam, qua ratione veteres Chriſtiani Pentateuchum in majores minoresque ſectiones diviſerint. Utinam etiam ſcire liceret, quæ Diſſertat. I. de die ordinationis, obitus ac depoſitionis Papæ Leonis Quenellius diſputavit. Cœpi enim his diebus in *natalitia Epiſcoporum* iterum inquirere, & Quenellii opinionem à Mabillonio citatam reperi, quod nunc dies ordinationis Leonis in Eccleſia Romana celebretur. Proinde cognoſcere cuperem, quibus fundamentis ſententia illa nitatur, quæ mihi haud videtur veroſimilis & à Mabillonio ferme rejecta eſt. Wittenb. 28. Maj. 1684.

Obnixe rogito & contendo, ut dum per graviſſimas licet occupationes, de *verſionibus Bibliorum Germanicis* in Bibliotheca Paullina exſtantibus, eo inprimis Codice, quem pulpito 42. adſervari olim in Catalogo monuiſti, benevole me inſtruas, ſimulque indices, an ea forte apud vos ſuperſit interpretatio, quam Hottingerus in Bibliothecario Quadripartito ut perditam deplorabat, fragmentumque exhibebat p. 150. Arnſtadii 11. Maj. 1685.

Reperi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825817862/phys_0052
DFG

Reperi nuper in Bibliotheca Sondershuſana Eccleſiaſtica duos *MSStos Bibliorum Germanorum* Codices, quorum prior ann. 1477. & 78. deſcriptus duobus grandibus voluminibus vetus pariter novumque fœdus exhibebat, poſterior vero Pſalmos tantum gloſſa germanica illuſtratos. Id non poteram probare, quod κατὰ πόδα exprimant vulgatam verſionem latinam, non minus ac ſimiles noſtri idiomatis translationes à Lambecio Lib. II. Biblioth. Vindobon. commemoratæ, quibus omnino reſpondent Biblia Auguſtæ & Noribergæ olim impreſſa. Quare non ſatis capio, an ex ejusmodi libris firmum adverſus Pontificios Bibliomaſtiges à nonnullis depromatur argumentum, unde illis potius uſum verſionum biblicarum non promiſcuum, ſed monachis ſaltem conceſſum, vulgatique interpretis auctoritatem exſculpere liceat.

Dum in *Diatriba de Sacrarum Lectionum apud Chriſtianos ritu*, de Pericopis Biblicis Græcorum, Latinorum, aliorumque tum orientalium, tum occidentalium diſſerere cœpi, ſtatim recordatus ſum *Codicis MSti membranacei græci*, qui *in Paullina veſtra* adſervatur, græcæque verſionis in majores minoresque ſectiones diviſæ fragmenta continet. Hunc obiter à me inſpectum accuratius tibi cognitum ſcio, proindeque me edoceri cupio, quomodo ſe habeat duplex iſta ſectionum diſtinctio, & quænam inter illas conveniant cum κεφαλαίοις Ecloges Moſaicæ à Cotelerio Tomo I. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ editæ. Rogo etiam ut mecum communices maxime reverendi D. *Lœſcheri* Diſputationem de *Pericopis Evangelicis & Epiſtolicis* Sondershuſæ quondam habitam, in Bibliotheca B. Parentis relictam. Wittenbergæ, in ædibus Calovianis, 4. Nov. 1685.

Oro, ut me edoceas, an *editionem Hilarii Aſcenſianam* Pariſiis anno 1510. publicatam, quam bis apud vos haberi indicaſti, ad collationem inſtituendam ex Paullina poſſim impetrare. Siquidem non conſtat, an ullibi harum terrarum ea reperiatur editio, in quibus fere nonniſi Baſileenſes Eraſmianæ dominantur, & nihil auditur de Pariſienſibus, ne noviſſima quidem anni 1652. quam & Labbeus omiſit. Verum ego multo magis æſti-

æſtimo Codices manu exaratos, poſtquam maximam variarum lectionum copiam in *Latini Latinii Bibliotheca ſacra* deprehendi, qui Hilarii libros de Trinitate contulit cum Codice miræ vetuſtatis, eo nimirum, ut puto, quem poſtea *Allatius*, *Holſtenius* & *Mabillonius* circa Annum Chriſti DX. ſcriptum voluerunt. Non dici poteſt, quam larga emendationum ſeges inde naſcatur, quæ plerumque luxatis & corruptis Hilarii locis in integrum reſtituendis adhiberi poſſunt. Neque ſpernenda eſt collatio Commentariorum Hilarii in Mathæum, quam à Sirleto factam cum Vaticano Codice apud eundem Latinium conſpicimus. Ne igitur mireris, Vir Ampliſſime, quod te potiſſimum elegerim, quo interprete apud celeberrimos viros, Menkenium, Daumium, alios, uterer, ut mihi variarum lectionum copiam ab amicis in Italia, Gallia, Germania, Anglia, Belgio, impetrent, quibus *nova Hilarii editio* exornetur. Certe ſi ullus veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum emendatione indiget, is ſane inter latinos Hilarius eſt, quem tamen multo melius Codicum MStorum, quam conjecturarum ope reſtitui, neminem in his ſtudiis verſatum fugere poteſt. Si *Chryſoſtomi* duo tantum Tomi ex editione Ducæana in Paullina ſervantur, non miror in neutro eorum libros *de compunctione cordis* exſtare. Labbeus enim teſtatur, ſex tomos Ducæum edidiſſe, quorum quatuor priores annus 1614. protulit, & quarto demum uterque librorum, quos quæro, inſertus eſt. De nova Chryſoſtomi editione à Germano quodam Bibliopola adornanda multa apud nos fama eſt, vereor, ne in ventos fumumque abeat. Quod ſi enim unus *Savilius* græcæ tantum editioni 25000. roſas nobiles impendit, quos ſumtus faciet, qui latinam ſimul verſionem adjungere neceſſe habet, & ex Commelinianis, Ducæanis ac Savilianis libris unum Chryſoſtomi opus conflare? *Joannem de Indagine* aliosque ejus nominis ex familia nobilium *ab Hagen* originem trahere apud ſcriptores rerum Thuringicarum memini legere, imprimis in *Jovii Chronico Schwarzburgico MSto*, quod ſuperiori anno Arnſtadii perluſtrans varia hinc inde excerpſi: ſed dum Schedas meas excutio, nihil de Indagine indagare poſ-

poſſum. Reperi nuper in Bibliotheca Sereniſſimi Principis mei Codicem membranaceum, qui in calce Symbolum Athanaſii cum gloſſis exhibens in memoriam mihi revocavit Lipſienſem pag. 68. num. 18. à te recenſitum. An ſimiles ſint hi Codices facile reperiemus, ſi haud gravatim inquiſiveris, an, quod initio gloſſarum in noſtro Codice legitur, in veſtro etiam exſtet de Symboli auctore, quem nonnulli Codices Anaſtaſium dicunt. Quod ſi eam deprehenderis ſimilitudinem, verba etiam mihi deſcribi optarem. Nondum enim ſepoſui curam ad auctorem Symboli Athanaſiani inquirendum, ac forſan brevi futurum eſt, ut ſcriptum aliquod ſuper ea re typis publicis committam. Habetur etiam in Bibliotheca Principis alius liber manu exaratus, qui *Acta Concilii Conſtantienſis* continet (etſi non tam plenaria videntur, ut in veſtro) præfixo libro de Schiſmate Theodorici à Niem, illorum temporum ſcriptoris. Quod dum indico, ſimul in mentem venit ſciſcitari, num promiſſi in Actis Eruditorum facti memores, ſi bibliopolam ad editionem Actorum Concilii nos perſuaderemus, nobis etiam ſitis commiſſuri Codicem veſtrum, ut non ſolum collationem cum noſtro inſtitueremus, ſed novam etiam editionem ex utroque adornaremus? Gothæ 27. Junii 1686.

Vaticanus ille Bibliothecarius, quem noſti, cap. IV. Apologiæ Artic. un. §. XII. p. 73. 74. Chryſoſtomi librum I. de compunctione cordis cap. 6. & hæc quidem verba citavit: ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς, usque ad μετὰ τῆς ἐγκειμένης ἡμῖν ἀναθαρσίας τε, καὶ ἀναισχυντίας τοῦτο ποιοῦντες πολλάκις. Ac *Schelſtratius* quidem clamat, locum hunc in latina verſione & græco textu apud Ducæum eſſe corruptum. Quare libenter cognoſcerem, quomodo totus ille locus & græce & latine legeretur in editione Chryſoſtomi græco-latina, quam Pariſiis quondam curavit Fronto Ducæus, & in publica Academiæ veſtræ bibliotheca vidiſſe memini. Spero, proximis autumnalibus nundinis reſponſionem meam adverſus Schelſtratium in lucem publicam prodituram eſſe. Scire etiam aveo, quo anno & apud quem Romæ impreſſa ſit elegantiſſima operum *Nili* editio, quam ornamentis ſuis merito accenſet Paullina veſtra; & num in eadem contineantur Codicis MSti vel impreſſi, qui augendæ *novæ operum Hilarii Pictavienſis editioni* poſſent adhiberi. Hanc enim curam magnorum virorum auctoritate ſuaſuque commotus nuperrime in me ſuſcepi, ut Hilarii illius ſcripta ex

variis editionibus inter ſe conferam, novæque fabricandæ incumbam, quæ ut auctior ex Codicibus MSS. ornatiorque prodire poſſit, omnem movebo lapidem. Gothæ, II. feria Pentecoſtes, 1686.

Scire aveo, annon ea, quæ aliquando de Symbolo Athanaſii & Hülſemannianæ inprimis patrologiæ interpolatione mecum communicaſti, publici juris facere liceat, tecto ſaltem nomine tuo, ſi ita placuerit. *Scriptum de Symbolo Athanaſii* nunc D. Tribbechovii cenſuræ expoſitum propediem prelum ſubibit. Facta in eo mentio eſt non veſtri tantum, ſed noſtri etiam Codicis, quorum uterque Anaſtaſii nomen præfert. Nunc autem alia cura me tenet, quisnam fuerit *Hermias* ille, cujus *irriſio philoſophorum gentilium* nuper itidem cum Juſtino martyre prodiit. Lambecius Tom. VII. Biblioth. Vindob. p. 54. Hermiam Sozomenum arbitratur, hancque ſuam conjecturam, niſi fallor, in octavo tomo aliquanto latius diduxit. At ultima iſta Lambecii parte deſtituitur adhuc Bibliotheca Principis: in veſtra autem cum totum opus ſit, rogo, ut benevole inquitas, præſertim in additamentis ad ſeptimum librum, quæ more ſuo Lambecius octavo adpoſuit. Lego etiam in Frontonis Ducæi Auctario Bibliothecæ Patrum, Hermiam editum eſſe: quod ſi pariter apud vos eſt, ut ejus ſententiam me edoceas, precor & contendo. Gothæ, 26. Octobr. 1686.

Cum nuper *Oudini Supplementum de ſcriptoribus eccleſiaſticis* pervolverem, & plurima ab eo omiſſa adverterem, propoſui mihi firmiter, *triplici Supplemento* Bellarminum atque Labbeum augere, cujus prima parte notas & animadverſiones in Oudinum; ſecunda Supplementum in illos ſcriptores, qui à Bellarmino quidem & Labbeo commemorantur, ab Oudino autem omittuntur; tertia denique Supplementum de Scriptoribus nec Bellarmino, neque Labbeo, neque Oudino allegatis comprehenderem. Tanto autem feruore ad opus acceſſi, ut primam partem ad finem fere perduxerim, qua plurima errata Oudini detexi, & auctores ab eo allegatos pæne omnes pluribus obſervationibus illuſtravi. Nolim tamen ita in publicum prodire, niſi Lipſienſibus etiam Codicibus ſplendorem mihi conciliare liceat, quod cum à te exſpectare debeam, petitorias mittere volui, priusquam ſchedulam deſideriorum meorum interpretem, quæ numeros Codicum veſtrorum contineret, adjicerem. Quam benevolam communicationem ut à

te

te expetam ſperemque, facit inſignis & ſummus favor, quo me hactenus amplexus es. Hunc vero magis prædicabo, ſi viri in hac litteratura verſatiſſimi, Daumii, benevolentiam mihi conciliaveris, qui ad me deſtinaret, quæ in ſchedis de ſcriptoribus eccleſiaſticis, præſertim ineditis, habet. De *Chronico Simeonis Logothetæ*, quod inter Scriptores Byzantinos ultimo Tomo ſuperiori anno à te recenſito in Actis eruditorum comparet, me paullo latius inſtruas, inprimis de auctore, quo tempore vixiſſe cenſeatur ab editoribus. Oudinus enim iſtam editionem neſcivit, & pag. 417. ad Simeonem Logothetam juniorem ſeculo XII. viventem retulit. *Hilarius Pictavienſis adhuc dormit*, nec tempus advenit accerſendæ ex Paullina Pariſienſis editionis antiquæ, quum hactenus deſtituar recentiori in eadem urbe excuſa, nec viſus ſit bibliopola ſumtus facturus. Ego cum novo anno novos ſpiritus ad impugnandum *Schelſtratium* mihi ſumam, & reſponſionem ad finem Deo fortunante perducam, quam ſpes eſt proxima æſtate excuſum iri. Hac finita *ad Acta Concilii Conſtantienſis me accingam*, Codicemque veſtrum honorifice accerſum. Gothæ prid. Kal. Januar. 1687.

Quæ de *Scriptoribus Eccleſiaſticis* meditabar in aliud tempus rejicienda veniunt, quoniam relatum nuper eſt, in Belgio ejusmodi ſupplementum typis jam tum exſcribi. Gothæ 13. Febr. 1687.

*Philotheus Patriarcha* CPtanus ſcripſit *Encomium Baſilii, Nazianzeni & Chryſoſtomi*, quod nec græce nec latine mihi hactenus videre licuit. Controverſus autem eſt locus à Caſaubono Exercit. XVI. num. 43. pag. 403. allegatus: de quo libenter ſcirem, an verba ipſius ſint Philothei, an vero alicujus ex tribus illis Patribus, quos ibi laudavit. Opem igitur tuam imploro, quando non dubito, in Paullina ſi non græce, latine ſaltem in Bibliotheca Patrum Philotheum extare. Adjungam etiam aliquid ex recentiori hiſtoria. Superiori enim ſeculo Superintendens Arnſtadiæ fuit *D. Nicolaus Herco*, è Comitatu Zipſenſi oriundus, qui Lipſiæ & litteris operam dediſſe, & Doctoratus dignitatem ſub Pfeffingero ſuſcepiſſe dicitur. Quandoquidem vero te in tabulis Academicis non leviter verſatum novimus, maxime tibi me devincies, quum tempus ſaltem inſcriptionis & Doctoratus, & ſi quæ plura adnotata ſint, me edoceas. Gothæ 26. Jun. 1687.

# Excerpta ex Epiſtolâ Menteti Kettwigii, Doctoris Juris Embdani, ad Illuſtrem Leibnitium, & hujus reſponſoria ad Kettwigiam, quâ mentionem facit Libri ſub Fürſtenerii nomine olim à ſe editi, & ſimul faſtum criticum juvenum eruditorum placide redarguit.

## *Excerptum 1. ex Epiſtola Kettwigii, 1696. 5. Jun.*

OFfers ad ſtudia mea excolenda duo media, tum, ut probe ea, quæ à te de Hobbianis & juris naturalis principiis in libro *de Jure Suprematus*, & præfatione Codicis Diplomatici ſunt dicta, expenderem, legerem: cum, uti me ad lectionem eorum, quæ Vincentius *Placcius* in acceſſionibus nuper editis de jure naturæ ſcientiaque morali diſſeruit, accingerem, eaque quæ in rem videntur notarem &c. *Felimannus* obiit Bremæ. Vice-Cancellarius Avemannus odio contra me immerentem flagrat. Cauſſas concepti odii varias ille refert, ſed earum potiſſima videtur *liber à me de Ambitu ſeu ad Legem Juliam ambitus* conſcriptus. Certe ampliſſimus Bremenſis Senatus, cum proſcriptionem libri Dn. Avemannus urgeret, Commiſſarios dedit, qui viderent, numne liber quid proſcriptione dignum contineret? Qui prævia relatione decretam de non diſtrahendo inhibitionem caſſarunt, ſcriptumque non inutile judicaverunt. Juro me neminem præſentium mordaci dente rodere voluiſſe, nec cæteroquin ad me pertinet, ſi quis aliena malefacta ſibi ob ſimilitudinem morum objecta putet. &c.

## *Excerptum 2. ex Epiſtola illuſtris Leibnizii reſponſoria.*

Gratiſſima erunt, quæ vel ad placciana vel ad mea meditaberis. Interim ut *libri de Suprematu* expreſſam mentionem facias, aut ut mihi eum tribuas nihil neceſſe eſt. Scripſi olim juvenis libellum *de methodo diſcendæ docendæque Jurisprudentiæ*, in quo ſemina jam ſparſi mearum ſententiarum, ſed nunc vix occurret in officinis.

Doleo tibi cum illuſtri Viro Dn. Avemanno non optime convenire. Ejus cum explorata ſit omnibus magna doctrina & experientia, mihi vero privatim etiam æquitas & moderatio, è re putem ut nihil omittas, quo tibi conciliari poſſit. Solet facile contingere, ut juvenes literis & ingenio valentes quadam ſtudiorum fiducia, autoritatis & meritorum, ætatisque etiam prærogativam in aliis non ſatis conſiderent, neque expendant quid ipſi ſibi vellent, ſi eo loco eſſent. Inde offenſiones, quæ deinde multorum præclarorum ingeniorum curſum morantur. Libellum *de ambitu* tuum nondum vidi, ex titulo tamen neſcio quid mordacis ineſſe ſuſpicor in eos, qui viris claris nimium deferunt, ſed hoc peccatum minus incommodi habet quam irreverentiæ. Fateor libertatem generoſam non eſſe ſupprimendam, veritatisque majorem eſſe rationem habendam quam auctoritatis. Ego tamen ipſe uſu demum reperi, plerumque rectius aliorum ſententias in commodum ſenſum accipi, quam refutari, & magis nunc cogitandum eſſe de proferendis ſcientiarum pomœriis, quam de evertendis, quæ jam ſunt ſtructa. &c.

*Feltmanni* veſtri JCti magni obitum non exiguo cum dolore intellexi. Fuit in illo doctrina recondita cum acri judicio, rerumque uſu conjuncta. Theſauros multiplicis lectionis ſuæ paſſim ſparſit in libris editis, ſed multa haud dubie reſtant affecta, quæ utinam edi poſſent.

# Excerpta ex Epiſtola Theophili Spizelii, Theologi Auguſtani, ad Ahaſverum Fritſchium, Cancellarium Rudolſtadienſem ſcriptis.

### 1. *De Florilegiis SS. Patrum. 1678. 13. Febr.*

COmmendo tibi paulo diligentiorem in patribus evolvendis operam. Extant plurima Florilegia ex SS. Patrum ſcriptis adornata, ex quibus palmariam Polyanthea Grüteriana & Bibliotheca Manſiana merentur obſervationem. Ex D. Chryſoſtomi patris eloquentiſſimi operibus inſigne florilegium adornavit *Balthaſar Etzelius*, impreſſum Moguntiæ 1603. Ex omnibus vero patrum monumentis medullam parare cœpit Venetiis P. *Joh. Baptiſta Maſculus*, atque id omne promere quod in ipſorum operibus intime reconditur vel acuminis vel eximiæ venuſtatis; ſed Hieronymum duntaxat cum Auguſtino ad hunc modum exhauſtos, publico obtutui hactenus expoſuit, cæteris tantiſper ſepoſitis, non omnino neglectis.

Ampliores fecit progreſſus doctiſſimus *Aloyſius Novarinus*, atque inſigni plane opere, eoque bipartito, quod *Patrum Adagia* nuncupavit, ex eorum aliorumque eccleſiaſticorum ſcriptorum monumentis ea decerpere inſtituit, quæ vitiis evellendis, virtutibus inplantandis, moribus expoliendis maxime idonea videntur. Prodiit opus hocce Novarinianum *Veronæ* 1651. in fol. atque inſigni ſeſe commendat emolumento.

### 2. *De Bibliotheca Patrum Aſcetica. 1678.*

Accepi nuper Lutetiâ Pariſiorum inſigne opus, quod ſub *Bibliothecæ Patrum Aſceticæ* titulo, ſex Tomis anno 1661. ibidem lucem aſpexit, & ſelectiora quæque Patrum antiquorum monumenta ad pietatem ſinceram Iſagogica complectitur. In *paſſionis Dominicæ hiſtoriam*, præter authores orthodoxos, quidam etiam è cœtu Romanenſium commentarios non contemnendos edidere, cumprimis Jeſuitæ duo *Scribanius* & *Staniburſtius*, ille quidem ſub titulo *Chriſti patientis*, piis exercitationibus illuſtrati Antverp. 1629: Iſte vero ſub titulo: *Hiſtoriæ Dei immortalis in corpore mortali patientis*, itidem Antverpiæ ante decennium emiſſæ. *Drexeliana* meletemata paſſionalia obtutui tuo ſine dubio jamjam obvenére.

### 3. *De Scriptoribus quibusdam myſticis. 1677.*

*Nierembergii* opus Lugduni prodiit hoc titulo: Doctor Evangelicus ex variis ſelectiſque concinnatus opuſculis ad pietatem Chriſtianam inſtituendam eximie accommodatis, videlicet I. de Lege gratiæ in monte promulgatâ, cum octo beatitudinum elogio. II. De charitate Chriſtianâ. III. De amore inimicorum. IV. De Lumine myſtico, ſive de Luce doctrinæ & ſplendore virtutis neceſſario præſulibus & docto-

doctoribus. V. De Sale myſtico. VI. De virtute exempli, & exemplo virtutis. VII. De arte voluntatis. VIII. De martyribus tribus. IX. Theopoliticus. X. De adoratione in ſpiritu & veritatis. Egregia licet ſint ea, quæ toto iſto opere continentur, majori tamen fructu ſeſe mihi commendavit aliud quoddam *Balthaſaris Chavaſſi de vera perfectaque prudentiâ ſeu de perfecto Virtutum uſu* ſcriptum, Lugduni 1622. editum. Nec pauca huic ſcopo conſentanea ſuggerit *Jacobi Alvarezzi* de vitâ ſpirituali ejusque perfectione opus, pariter Lugduni emiſſum.

Bipartita Theologiæ myſticæ ſumma accitore *Gelenio* quodam in lucem edita unà cum Joh. à Cruce operibus myſticis.

*Sandæi* clavis Theologiæ myſticæ memorabilis, ſeu Elucidarium onomaſticum vocabulorum & locutionum obſcuriorum, quibus tum veteres, tum recentiores theologiæ myſticæ Doctores utuntur, explicationem tradens. Coloniæ 1640.

Praxin vero illius vivam non male Mathæus quidam *Weyerus* tribus libris è fontibus ſacrarum literarum, patribus, Thoma de Kempis, authore theologiæ Germanicæ, Taulero, aliisque oſtendit; conſcriptis etiam egregiis aliquot epiſtolis practicis, quæ poſt authoris obitum aſpexere lucem.

*Hugonis de Palma Trivium ſacrum*, ſeu theologiæ myſticæ juxta triplicem animæ viam, purgativam, illuminativam & unitivam conſcriptum, non omnino nullam meretur obſervationem.

*Pallavicini* italico ſermone ſcripta *Ars Chriſtianæ perfectionis*, à P. Marco Schönman in latinum ſermonem converſa Moguntiæ.

## 4. *De Menochii opere hieropolitico. 1678.*

Cum ab aliquot annorum decurſo tempore ſingularem in conquirendis libris pietatem ſpirantibus poſuerim operam, oculos meos effugere haud potuit commendatum *Opus Menochii hieropoliticum*, quo author politices præcepta teſtimoniis nonniſi ex ſacris literis depromptis, inque certum ordinem redactis & inter ſe concinnatis tradidit egregie, atque rariſſimum hominis pontificii ſacro tantum textus inhærentis dedit documentum. Et cum rectiſſime ſibi perſuaſerit, *univerſam doctrinam civilem in ſacris ſcripturis contineri*, exquiſitas plane ad earum mentem dedit inſtitutiones, pari felicitate *de rebus* etiam *Oeconomicis* ex ſacrâ antiquitate, (quamvis opere alio eoque peculiari) diſſeruit, atque Ideam patris-familias Spiritus S. penicillo depictam omnium conſpectui expoſuit. Utrumque opus Lugduni prodiit, fructibusque egregiis ſeſe pietatis Chriſtianæ cultoribus commendat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0060
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0061
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0062
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0063
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825817862/phys_0064
DFG

Eraſmus von
407.
dos und molles
551.
.
Erbbiſthums
151. Verände-
mit vorgegangen
unterworffene
154.
Hiſtorie MSC.
Torquati 51.
Streit mit
gen des Sitzes
383.
afft, will ſich den
Hertzogen
280.
ſandter, was Er
in Tractament
235.
ſe im Reichs-
man dabey ver-
220.
Præceptum an-
vici III. 239.
Aucupis Ge-
149. 150. Va-
der 2. Sterbe-
4.
lzgraf Ezonis
4.
adi Hertzogs in
mahlin Ankunfft
e Vermählung
mit H. Friedrichen von Loth-
ringen ibid.
Mathildis, Königs Henrici I. in Engelland Gemahlin, verwünſchet ihre Frucht 297. begiebt ſich in ein Cloſter 298. und ſtirbt allda 299.
Mathildis, erſtlich Käyſers Henrici V. Gemahlin 301. 302. hernach Gottfrieds Gräfens von Anjou 303. Erzeugte Söhne mit dieſem 303. wird von der Crone verdrungen 310. vergleicht ſich wegen der Succeſſion ihres Sohns und ſtirbt 310. 316.
Mathildis, Wilh. Conqvæſtoris Gemahlin, Kinder, Abſterben, und Begräbnüß 281. 282.
Mathildis Comitiſſæ in Italien, Väterliche und Mütterliche Stam̃ Linie 87. 88. Verwandnüß mit den Kayſern Henrico III. IV. V. 91. wird von Roberto, Hertzog in der Normandie, zur Ehe begehrt 290. Erſte Vermählung mit Godefrido Gibbere 94. verliert das Hertzogthum Lothringen 97. andere Vermählung mit Welfone V. unglücklich 97. Liebes Händel mit Pabſt Gregorio VII. 101. Ihr Abſterben und Grabmahl 102. Lebens-Beſchreibungen 113. hat dem Pabſt ihre allodia geſchenckt 104.